



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Solutio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

in mare longinquum, eo pacto, ut tanta pars lucri sibi eueniat, quanta cuius nauatarum, & ut euentus nauigationis sit illorum periculo, & quod ex lucro futuro primum soluatur ei pecunia: quod si nullum esset lucrum, vel non esset sufficiens ad soluendum pecuniam, quisque pro rata soluat illam. num. 282.

Licita tamen est hæc conditio, ut si tota pecunia, vel pars amittatur, nautæ soluant eam partem, quam de ea impenderint in impensas quas domi facerent. numer. 283.

S O D O M I A vide titul. Irregularitas. 8.

---

S O L V T I O.

F A C I E N D A est in loco expresse vel tacite destinato, vel vbi petitur, dum tamen petita extra locum, non sit damnum creditori, nec debitori. Sufficietque semper soluere, vbi creditori placuerit. cap. 17. num. 42. 43.

Peccat qui debitum, quod sibi soluitur, non vult recipere vsque ad tempus, in quo pretium eius crescat, cum debitor non reneatur tempus illud expectare. num. 225.

Non

Non peccat qui triticum sibi debitum non perit usque ad tempus, in quo carius erit, nisi indirectè vel directè impediatur solutionem, vt impediunt multi diuites. numer. 215.

Debitor potest emere minoris in principio anni ea quæ à se soluenda sunt in fine. num. 231.

Inuitus dicitur soluere & nolens etiam qui soluit, rogatus soluere tanquam debitum quod non est debitum. cap. 27. numer. 61.

SORS & Sortilegium, vide Superstitio.

SPECTACVLA. Instituens choreas moderatè non peccat. cap. 14. n. 31. lit. L. §. 2. Nouo-num.

De duellis, torneamentis, &c. vide tit. Duellum, Hastiludium, Excommunicatio VI. §. VII.

De ludo quoad Ecclesiasticos, vel laicos, vel spectatores eorum, vide plura tit. Ludus.

Comœdiæ rerum prophanarum non sunt faciendæ in loco sacro: neque abutendum scripturarum locis, ad huiusmodi res, vel ludos scenicos & ad scurrilia. Imò huiusmodi abusus est peccatum mortale. cap. 19. n. 3. 4. Nou. c. 20. n. 4. & c. 23. n. 23.